



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi
Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus**

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Censura secunda

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Censura secunda

HÆst sane voluntas mea, meusq; intellectus, at-
tente ex superioris mei A. R. P. Provincialis
nostri mandato perlegens, à R. P. Adriano à sancto
Francisco Provinciæ nostræ iterato Priore, Philo-
sophiæ ac Theologiæ antehac lectore, A. R. P. Jo-
sephi Mansi Congreg. Oratorii presbyteri, verum
vere Ecclesiasticum in moribus, dignitate officii,
exprimendis, delineandis, corrigendis, Latinitate
donatum, ut redivivum videre mihi viderer Besele-
lem, aptissimeque hic illud Vincentii Lirinensis
Cap. 27. adversus Hæreses repeterem, infereremque:
O Doctor ingenio, exercitatione doctrinæ, esto spi-
ritualis (Ecclesiastici) Tabernaculi Beseleel; pre-
tiosas divini dogmatis gemmas exculpe, fideliter
coapta, adorna sapienter, ad jice splendorem, gratiam
venustatem; intelligatur te exponente illustrius
quod antea obscurius credebatur: per te posteritas
intellectum gratuletur, quod antea vetustas non in-
tellectum venerabatur. Etenim tam avide abri-
puebatur illa à pulcherrimi operis hujus moralita-
tibus, ut magnum in sese excrecere pensitisceret
desiderium, sane ut verus hic ecclesiasticus omnium
ecclesiasticorum pervolet manus, mutet mores, eri-
gat mentes, ex quo quantum ecclesia decus, status
ecclesiasticus gloriam, omnis ecclesiæ militantis
Hierarchia morum, vitæ honestatisq; harmoniam
consequeretur, haud difficile judicatu erit, qui eun-
dem attenta mentis trutina ad fidei & morum san-
ctuarii pondus appenderit; nihil sane in illo, nisi
tali statu, vita, moribus, officio, dignitate dignissi-
mum experturus, & Authorem de fœtu, & inter pre-
tem de injecta pereleganti alienæ proli Latinitatis
toga, pari laudis participatione commendaturus;
huic

huic vero ad plura hujusmodi utilissima certe opuscula Latinitati donanda stimulos additurus quia fit, nullatenus mihi licet dubitare. Sistat ergo se luci, Latino instructus idiomate verus ecclesiasticus, instruat ecclesiasticos quotquot ecclesia habet sive pro supremi, sive medii, sive infimi gradus in eodem ordine Hierarchico ejusmodi status professores. Hoc esto iudicium imo votum meum.

Fr. Amantius à Passione Domini.

Ordinis FF. B. V. M. de monte Carmeli SS. Theologia in universitate Coloniensi Licentiatus, ejusdemq; Professor Emeritus, Provincia Definitor manus propria.

Licentia A. R. P. Provincialis.

UT liber cui titulus est: Verus ecclesiasticus ab A. R. & Eximio Patre Josepho Mansi Congregationis Oratorii Presbytero Italicè conscriptus & à R. P. Adriano à S. Francisco Ordi. FF. B. V. Mariæ de Monte Carmelo sacerdote, in linguam Latinam translatus, atq; à duobus Theologis ejusdem ordinis & provinciæ nostræ revisus, & approbatus, typis edi possit. permitto, dummodo ijs ad quos pertinet, ita videbitur. Datum in Carmelo nostro Francofurtensi, 15. Januarii 1693.

*Fr. Stephanus à S. Joanne Evangelista,
per Allemanniam Inferiorem Ord:
FF. B. V. Maria de monte Carmelo
Vicarius provincialis.*

*Fr. Arnoldus à S. Leonardo assistens.
Man. propr.*

Censu-